



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

44. Sacrosancti Apostolatus &c. Constitutio præscribens modum, &  
formam gubernandi Congregationem Cisterciensem (vulgò S. Bernardi) in  
Regnis Castellæ, Legionis, & Galleciæ &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

CONSTITUTIO

Præscribens modum, & formam gubernandi Congregationem Cisterciensem (vulgo S. Bernardi) in Regnis Castellæ, Legionis, & Galleciæ &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

**S**acrofancti Apostolatus Officium superni dispositione concilii Nobis, nullo licet meritum nostrorum suffragio, impositum salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes exorta inter Religiosos Viros, quos vota sua Altissimo in sanctitate, & justitia, paceque fraterna reddere decet, animorum dissidia, opportunis rationibus dirimere, illisque, ne rursus quodcumque excitari valeant, anam maturè præcidere studemus, sicut prudenti deliberatione prævia, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Animarum salutem arbitramur in Domino expedire.

Narratur recursus P. Mantille ad Clementem IX., à quo peculiaris Congregatio deputatur.

Determinatio Congregationis prædictæ.

§. 1. Dudum siquidem cum per tunc in humanis agentem Dionysium Mantilla Monachum Congregationis Sancti Bernardi Hispaniæ Ordinis Cisterciensis exortis gravibus controversiis inter Monachos ejusdem Congregationis recursus ad sæc. rec. Clementem PP. IX. Prædecessorem nostrum habitus fuisset, ipse Clemens Prædecessor causam controversiarum hujusmodi ad quandam Congregationem tunc existentium S. R. E. Cardinalium, & Romanæ Curie Prælatorum super Reformatione dicti Ordinis specialiter deputatam remisit, cui cum idem Dionysius quædam gravamina per quosdam Monachos Manchenos, & Alcarrenos novos Castellanos nuncupatos Monachis aliarum Nationum illata exposuisset, dicta Congregatio particularis tunc existenti Episcopo Vallisoleto commisit, ut Capitulo generali dictæ Congregationis tunc proximè celebrando præficeret, & partes dissidentes concordare, ortasque differentias extinguere satageret; Ipse vero Episcopus commissionem hujusmodi executus Capitulo generali hujusmodi interfuit: Sed cum pro reconciliandis partibus, & discordiis tollendis sedulam operam navasset, nihil ad effectum perducere valuit, ex eo quia nulla discordantium pars suis prætensionibus cedere voluit, & sic absoluto Capitulo præfatus Episcopus, re infecta, discedere coactus fuit.

Narratur Concordia, quæ à d. Clemente IX. fuit confirmata.

Narratur variæ declarationes, & provisiones factæ à Clemente X.

§. 2. Porrò transacto anno à Capitulo hujusmodi celebratione tunc pariter existentes Generalis Reformatore, & sex Definitorum quandam transactionem, seu concordiam formaverunt, eamque quondam Hyacinto de Albengozar Monacho dictæ eorum Congregationis, tunc in Romana Curia pro eadem Congregatione Procuratore generali, ut illius confirmationem à Sede Apostolica obtinere curaret, transmiserunt; Cumque subinde præfata Concordia per quosdam ejusdem Clementis Prædecessoris literas die xiv. Octobris MDCLXIX. in simili forma Brevis expeditas confirmata fuisset, rec. mem. Clemens PP. X. itidem Prædecessor noster circa præfatas Clementis IX. Prædecessoris literas per alias binas suas die xv. Februarii, & die xx. Decembris MDCLXXI. in eadem forma Brevis expeditas literas, diversas edidit declarationes, & ordinationes super æqualitate, & Abbatibus, aliisque Officiis inter Monachos ex locis citra, & ultra Montes Castellam veterem à nova separantes sitis respectivè oriundos servanda, nonnullaque statuit de Abbatibus immediatè non reeligendis, illorumque electionibus non amplius per Monachos Conventuales, sed in Definitorio per Generalem Reformatorem, & Definitorum, & sex Electores certa

forma eligendis, præterquam in casu mortis, renunciationis, vel privationis, & aliis prout in præfatis utriusque Clementis Prædecessorum literis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, uberius continetur. Sed quia memorata transactio, seu concordia ad producendam pacem, & quietem in præfata Congregatione Monachorum nedum insufficiens recognita fuerat, imò potius experientia compertum extiterat ex ea discordias, contentiones, & persecutiones in dicta Congregatione emanasse, ideoque dilecti Filii Monachi Regni Galleciæ, & de Campos, atque Terrarum Regno Legionis finitimarum desiderantes, ut zizaniam fructus bonorum operum suffocantia tandem eradicarentur, & pax, atque mutua charitas suæ Religioni restitueretur, dilectos pariter filios Paulum Freyria, & Dionysium Ximenez Monachos expressè professos ejusdem Congregationis in eorum Procuratores constituerunt, illosque ad Romanam Curiam, ut opportunum ejusmodi malis remedium à Sede Apostolica obtinerent, miserunt. Cumque idem Paulus, & Dionysius Procuratores Anno MDCC. rec. mem. Innocentio Papa XII. Prædecessori pariter nostro supplicem libellum super præmissis porrexissent, idem Innocentius Prædecessor eorum causam Congregationi tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ commisit. Ipsa verò Cardinalium Congregatio die xx. Aprilis ultimodicti anni, cognito supradictarum literarum impedimento, rescripsit, ut ad Nos pro aperiitione oris recurrerent.

Fit novus recursus per Monachos Galleciæ, & Campos PP. Freyria, & Ximenez Procuratores, & incipit narrativa litis.

Sanctissimus scribit Nuncio Hispaniarum pro informatione.

Nunciis transmittit Sanctissimo suam relationem una cum punctis inter partes coram se concordatis.

Referuntur Decisiones Rota in causa, & præsequitur narrativa litis.

§. 3. Nos autem ut in negotio hujusmodi, quod grave satis videbatur, debita maturitate procederemus, dilecto Filio nostro Francisco S. R. E. Cardinali Acquavivæ nuncupato, tunc in Hispaniarum Regnis nostro, & Apostolica Sedis Nuncio scripsimus, ut super in dicto libello expositis suam Nobis transmitteret relationem, ipse vero Franciscus Cardinalis tunc Nunciatus auditis Partibus, & earum Procuratoribus in Oppido Matriti existentibus, præsertim dilecto Filio Christophoro Osforo Ex generali præmemoratorum Pauli, & Dionysii Procuratorum ex una, & dilecto etiam filio Angelo Ramirez Procuratore generali dictæ Congregationis ex altera partibus die xxiii. Aprilis MDCCII. relationem suam super statu Religionis una cum punctis, seu articulis coram ipso inter dictas partes concordatis, ad Nos transmissit, ex quibus satis apparebat exposita ab eisdem Paulo, & Dionysio Procuratoribus maximum habere fundamentum: Unde subinde, nempe die xxviii. Novembris hujus anni præfata causa in Signaturâ nostrâ Gratia coram Nobis habita propofita, & contradicente pro parte Monachorum Castellæ novæ, Rivogis, Asturianorum, & Montaneorum Burgenium dilecto pariter Filio Joanne Guerrero Monacho ejusdem Congregationis, qui per mandata procuræ per eum exhibita ad præfatum Curiam ab illis eorum Procurator missus fuerat, de ejusdem Signaturæ voto rescripsimus pro aperiitione oris arbitrio ejusdem Congregationis Cardinalium.

§. 4. Cumque ista Cardinalium Congregatio in suis decretis super dicto arbitrio emanatis variasset, commisimus eidem Congregationi Cardinalium, ut quoad aperiitionem oris cum voto Auditorii Palatii Apostolici, suffragantibus omnibus ejusdem Auditorii Cappellanis nostris, & Auditoribus, procederet, qui rationibus à dictis Paulo, & Dionysio adductis moti die xix. Novembris MDCCIII. suum votum una cum decisione pro aperiitione oris, atque arbitrio publicarunt, & subinde, nempe die xxi. Septembris MDCCIV. eadem causa in eadem Signaturâ Gratia coram

Nobis

Nobis habita denuo propofita, commiffimus eidem Congregationi Cardinalium, ut ipfa etiam quoad nullitatem, validitatem, vel invaliditatem Bipartitæ stabilitæ per tranfactionem, feu concordiam à præfatis Generali, & Definitoribus Generalibus confeftam, & in prædictis Clementis IX. Prædecefforis literis inferatam, cum voto eorundem Auditorum, fuffragantibus pariter omnibus, fimiliter procederet; dicti verò Cappellani, & Auditores die xii. Januarii MDCCV. demonftrantes pluribus rationibus dictam Bipartitam, feu Concordiam, imò tranfactionem effe nullam, injuftam, inæqualem, & enormiter læfivam, die iv. Februarii ejufdem anni aliam decisionem, & votum, in quo literas compulforiales à prædicto Joanne Monachorum Castellæ novæ, eique ad hærentium Procuratore petitis negarunt, ediderunt. Postmodum autem cum dicta Bipartita nulla, & injufta declarata fuiffet memorati Paulus, & Dionyfius Procuratores in eadem Signatura Gratiæ die xxii. Septembris MDCCV. coram Nobis pariter habita, infiterunt, ut committeremus eidem Congregationi Cardinalium, quatenus ipfa pro novo temperamento ftabiliendo cum voto eorundem Auditorum, & Cappellanorum noftrorum procederet; Votum tamen prædictæ Signaturæ fuit, ut præfata Caufa Congregationi particulari à Nobis deputandæ committeretur. Propofita autem prædicta caufa die xv. Februarii MDCCVII. in Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum noftrorum ejufdem S. R. E. Cardinalium per Nos fpecialiter deputata, non fine feiffura votorum refcriptum fuit; Nobis fupplicandum effe pro expeditione aliarum literarum Apoftolicarum in fimili forma Brevis cum fanatione nullitatum Bipartitæ, aliorumque defectuum, fi qui effent, reducendo vota Capitularia ad æqualitatem, etiam mediante fubrogatione proximiorum in defectum graduatorum; Verùm quia defectus fanandi detecti, & publicati in decisionibus memoratorum Auditorum Cappellanorum noftrorum enormem læfionem, & injuftitiam, quorum fanatio, præcipuè poft tam longam litem, rationi, & æquitati parum confona videbatur, oftendebant. Idcirco prædicti Paulus, & Dionyfius Procuratores fuper dicta refolutione Congregationis particularis à Nobis iterum audiri impetrarunt: Eadem tamen particularis Cardinalium Congregatio die xxvi. Junii dicti Anni MDCCVII. refpondit: in decifis juxta modum: Modus autem fuit, ut Bipartita etiam quoad tres Præfidentias fervaretur; quoque in tribus proximis Capitulis ex illa medietate ad Monachos Nationis de Puertos à cà nuncupat. fpectant. Monachis Campefinis conferrentur feptem Abbatia, ex quibus quatuor effent matricæ, Gallecis autem fex, ex quibus tres pariter effent matricæ, & ulterius inter ipfos quolibet triennio una Præfidentia alternaretur; Quodque Officia Capitularia, nec non Voces Capitulares tres ex quatuor partibus dictæ medietatis conferrentur dictis Monachis Gallecis, & Campefinis, facta inter eos æquali distributione, & data dictis Monachis Campefinis prælatione in cafu numeri inæqualis, ea tamen adjecta lege, ut in quolibet Capitulo tam Abbatia, quam Officia hujufmodi variarentur; Reliquæ verò Abbatia, Præfidentia, Officia Capitularia, & Voces Capitulares inter Monachos reliquarum omnium Nationum de Puertos à cà nuncupat. distribuarentur; Ita tamen, ut quoad Abbatias Monachi Afturiani, Rioxani, & Montanenfes fextantum haberent; Officium verò Generalatus in fecondo proximo Capitulo Monacho Galleco, vel Campefino conferretur.

§. 5. Porro cum hæc refolutio, quæ aliqua-

*Bullar. Rom. Continuat. Pars. II.*

liter læfionem temperat, eifdem Monachis Campefinis, & Gallecis gravamen minime tollat, nec auferat, imò potius prædominium factionis adverfæ confirmet; Iidem Paulus, & Dionyfius Procuratores, contradicente ex adverfo eodem Joanne præfatorum Monachorum Castellæ novæ, Rivogia, Afturæ, & Montanearum Procuratore, denuo reclamarunt; Unde propofita iterum caufa in eadem Signatura Gratiæ die xiv. Maii MDCCIX. coram Nobis itidem habita; Ponente Dilecto pariter Filio Magiftro Annibale Albano in utraque Signatura noftra Referendario, Noftro fecondum carnem ex Fratre germano Nepote, porrecta fuit commiffio pro avocatione ad Nos dictæ Caufæ à dicta Congregatione particulari Cardinalium; factaque propterea tam fuper meritis caufæ, quam fuper ultimo pofteriori Decreto ejufdem Congregationis particularis Cardinalium edito matura confideratione: Decretum hujufmodi ultimo loco emanatum præfatis Monachis Gallecis, & Campefinis læfivum, & ad fedandas factiones, pacemque in eorum Religione ftabiliendam infufficiens judicatum fuit, ac proinde emanavit ab eadem Signatura refcriptum pro avocatione ejufdem caufæ ad Nos, & quod daretur refolutio in Camera. Hinc eft, quod Nos tranquillitati dictæ Congregationis Monachorum in præmiſſis quantum cum Domino poſſumus benignè confulere cupientes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolica poteſtatis plenitudine eandem cauſam, ac lites, & controverſias quæcumque inter Partes antedictas quomodolibet, & in quacumque inſtancia, tam in Sacro Palatii Apoſtolici Auditorio, quam in alio quovis Tribunali, & coram quocumque Jdice pendentes, quarum omnium, & ſingularum ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicium, & Colligantium, & alia quæcumque etiam ſpecificam, & individuum mentionem & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plenè, & ſufficenter expreſſis, & exactiffimè ſpecificatis haberi volumus in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, à præfatis, & aliis quibulvis Tribunalibus, & Judicibus ad Nos harum ferie avocamus, illaque omnes, & ſingulas ſupprimimus, perimimus, extinguimus, & abolemus ac perpetuum deſuper utrique parti ſilentium imponimus, oſque occludimus.

§. 6. Præterea earundem tenore præſentium ſtatuumus, & ordinamus. Primò, quod in quatuor primis proximis Capitulis Congregatio Ciftercienfium Hiſpaniæ, quæ conſiſtit in quadraginta duobus Monafteriis; nempe decem, & ſeptem in Provincia de Campos, & Terris adjacentibus Regni Legionis, tredecim in Regno Galleciæ, ſex in Caſtella nova, & præciſè in Regno Toleti, tribus in Aſturiis, & duobus in Provincia Rioxæ, & uno in Montaneis Burgenſibus, in duas partes dividatur, unam nempe faciant Galleci, & Oriundi ex Provincia de Campos, & dictis Terris adjacentibus Regni Legionis, alteram verò Oriundi ex Caſtella nova, Aſturiis, Rivogia, & Montaneis Burgenſibus. Secundo, quod inter Monachos, Gallecos ex una, & Campeſinos, & Terris adjacentibus Regni Legionis ex altera Partibus fiat ſubdiviſio in duas partes, animadverſo, quod cenſeatur, & reputetur oriundus ex prædictis Terris ita diviſis, & ſubdiviſis ille, qui in aliqua ex illis natus eſt tempore, quo ejus parentes, aut aliquis ex illis domicilium permanens in prædictis Terris habebat. Tertio, quod omnia Officia Capitularia, quorum electiones celebrantur quolibet triennio, tam intra, quam extra Capitulum generale, distribuantur æqualiter inter Monachos oriundos ex Terris, ut ſupra diviſis,

Sanctiffimus poſt quatuor reproſitiones Cauſæ coram ſemiprolo in Signatura Gratiæ contradicente P. Guerrero ex adverſo avocatur cauſam ad ſe, & fat refolutionem in Camera motu proprio & de plenitudine poteſtatis.

Diviſio Provinciarum, & unde fundenda oriunditas.

Distributio Officiorum Capitularium in genere.

Specifica eorumdem Officiorum distributio, & alternativa Generalatus.

Distributio Abbatiarum per suas Classes.

divisis, ita ut tot Officia Capitularia habeant Religiosi oriundi ex Terris Castellæ novæ, Asturiæ, Rioxæ, & Montaneorum Burgenfium, quot Religiosi oriundi ex Regno Galleciæ, & Terris Provinciæ de Campos, & adjacentibus Regni Legionis, alternando inter has duas Partes sic divisas Officium dispar, quatenus adfit, subdividendo pariter medietatem præfatorum Officiorum tangentem Monachos Gallecos, & Campesinos in duas partes æquales quarum una in omnibus, & singulo triennio conferatur Religiosis oriundis ex Galleciæ, & altera Religiosis oriundis ex Provincia de Campos, & Terris adjacentibus, alternando inter has duas Partes Monachorum sic subdivisas Officium dispar. Quartò, quod Officia Capitularia, quæ eliguntur in singulo Capitulo Generali, & sunt sexdecim, nempe sex Definitores, quatuor Procuratores Generales, duo Visitatores Generales, duo Suppletores Visitatorum, unus Promotor Fiscalis, & unus Secretarius Capituli, dividantur in duas partes omnino æquales, in quarum una ponantur tres Definitores, duo Procuratores Generales, unus Visitator Generalis, unus Suppletor, & Promotor Fiscalis: In alia verò tres Definitores, duo Procuratores Generales, unus Visitator Generalis, unus Suppletor, & Secretarius Capituli, & inter has duas partes divisas alternetur Secretarius Capituli, & Promotor Fiscalis: Ex his verò duabus partibus unam habeant Monachi ex Castellæ nova, Asturiis, Rioxa, & Montaneis de Burgos, aliam habeant Monachi ex Galleciæ, & Campos, ac Terris convicinis Regni Legionis, alternando inter dictas duas partes Generalatum de triennio in triennium, quod Officium conferatur in primo proximo Capitulo Generali Monacho Galleco, vel Campesino, sicque de triennio in triennium alternetur. Quintò, quod hæc pars tangens Monachos ex Galleciæ, & Campos cum Terris convicinis Regni Legionis subdividatur inter Gallecos ex una, & Campesinos, & circumvicinos Regni Legionis ex alia partibus; Ita tamen ut ex una parte ponantur duo Definitores, unus Procurator Generalis, & Secretarius Capituli, vel Promotor Fiscalis ad formam alternativæ primæ divisionis: Ex alia unus Definitor, unus Procurator Generalis, unus Visitator Generalis, & unus Suppletor, alternando has partes subdivisas inter has Nationes quolibet Capitulo, & sic Officium Generalis Reformatoris; Ita ut quando Generalis Reformatore debeat eligi ex Regno Galleciæ, & Provinciis de Campos, pro una vice eligatur oriundus ex Regno Galleciæ, & pro altera ex Provinciis de Campos, & Terris circumvicinis Regni Legionis. Sextò, quod triginta octo Abbatiæ, quæ sunt in Religione (exclusa Palatiolensi, cujus Abbas semper est Generalis Reformatore) distinguantur in tres Classes, quarum prima sit Collegiorum, quæ sunt sex; Secunda sit Abbatiarum, quæ nuncupantur Matrices, seu Monasteria, in quibus recipiuntur, educanturque Novitii, & sunt viginti; Tertia Monasteriorum, in quibus non educantur Novitii, & sunt duodecim, quæ omnia per suas Classes, ut supra, dividantur in duas partes omnino æquales, quarum prima contineat tria Collegia, decem Monasteria matricia, & sex Monasteria non matricia. Septimò, quod prædictæ triginta octo Abbatiæ ex unaquaque ex Classibus designatis dividantur pro æquali, & una pars, nempe decem, & novem conferantur Monachis oriundis ex Castellæ nova, Asturiis, Rioxa, & Montaneis; alia verò Monachis oriundis ex Galleciæ, Campos, & Terris circumvicinis ejusdem Regni Legionis. Octavò, quod decem, & novem ex prædictis Abbatibus conferendis dictis

Monachis Gallecis, Campesinis, & Terris circumvicinis memorati Regni Legionis subdividantur in duas partes æquales, ponendo in unaquaque tot Abbatiis cujuscumque Classis pro qualibet parte, & una pars sic subdivisa conferatur Gallecis; altera verò Campesinis, & oriundis ex Terris circumvicinis prædicti Regni Legionis; impar verò Monasterium inter ipsos alternetur. Nondò, quod ex tribus Præsidentibus una conferatur singulo triennio Castellanis novis, Asturiis, Rioxianis, & Montaneis; altera Gallecis, Campesinis, & circumvicinis ejusdem Regni Legionis; tertia verò alteri ex prædictis duabus partibus, quæ Generalem non habet in triennio, conferatur: Illa verò tangens Campesinos, & Gallecos inter ipsos alternetur. Decimò, quod ex duobus Prædicatoribus Generalibus cum voto perpetuo in Capitulo, unus ex Monachis oriundis ex Castellæ nova, Asturiis, Rioxa, & Montaneis, alius autem ex Galleciæ, Campos, & Terris circumvicinis dicti Regni Legionis eligatur; Ita tamen ut si una vice fuerit electus Monachus oriundus ex Galleciæ, alia vice Monachus oriundus ex Campos, & Terris circumvicinis prædicti Regni Legionis eligatur. Undecimò, quod duodecim Magistri jubilati antiquiores, & quatuor Prædicatores jubilati antiquiores, qui habent vocem perpetuam in Capitulo generali dividantur in duas partes æquales, scilicet sex Magistri, & duo Prædicatores pro qualibet parte, & unam partem habeant Monachi oriundi ex Castellæ nova, Asturiis, Rioxa, & Montaneis; aliam verò partem habeant Monachi oriundi ex Galleciæ, Campos, & Terris circumvicinis ejusdem Regni Legionis: Hæc verò secunda medietas subdividatur æqualiter inter Gallecos, & Campesinos, nempe tres Magistri jubilati, & unus Prædicator jubilatus pro Galleciæ, & alii tres Magistri, & unus Prædicator pro Campos, & Terris circumvicinis prædicti Regni Legionis; ea tamen conditione, quod si aliqua ex prædictis partibus divisis, & subdivisis non habeat Magistrum jubilatum, vel Prædicatorem jubilatum per lecturam seu Prædicationem duodecim annorum, habeat facultatem subrogandi proximiorum in exercitio Lecturæ, vel Prædicationis. Duodecimò, quoad Monachos eligendos ad Cathedras Universitatum Capitulum, & Generalis Reformatore providere attendant, ut eligantur Monachi ex omni Natione juxta divisionem, & subdivisionem, ut etiam inter ipsos post jubilationem, & assequutionem Cathedrarum præfixa æqualitas servetur. Decimotertio, quod si intra triennium, facta jam electione in Capitulo generali quacumque ex causa Generalatum vacare contingat, quamcumque Abbatiam, seu quodcumque Officium ex prædictis, in locum sic vacantem promoveri debeat, & subrogari ab iis, ad quos spectat Monachus oriundus ex illa parte, ut supra divisa, & subdivisa, ex qua oriundus erat ille, ob cujus mortem, promotionem, renunciationem, aut privationem Officium vacare contigerit, qui sic subrogatus exercere valeat munus suum dumtaxat ad tempus, quod supererat decedenti, renuncianti, privato, vel promotore.

§. 7. Volumus autem, quod in reliquis omnibus præsentibus nostris ordinationibus non repugnantibus serventur Constitutiones Ordinis, Decreta Sacrarum Congregationum, & Constitutiones Apostolicæ, utque hic modus observandi Bipartitam inseratur inter Constitutiones juratas dicte Congregationis Monachorum, & una cum illis legatur temporibus legi solitis in Monasteriis d. Congregationis, & in omnibus Capitulis Generalibus, ac juretur ab omnibus Capitularibus observantia omnium prædictorum antequam procedatur ad electiones; Quod si forte aliquis

Distributio Monasteriorum quæ dicuntur Præsidentia.

Distributio Prædicatorum generalium.

Distributio Magistrorum & Prædicatorum cum voto.

Providetur quoad Monachos eligendos ad Cathedras Universitatum.

Ad Officium vacans intra triennium eligatur alius ejusdem Nationis.

Præscribitur modus observandi bipartitam.

In omnibus Capitulis generalibus juretur observantia à Capitularibus antequam veniantur ad electiones. Renuens eiciatur extra Capitulum, & careat voce activa, & passiva.

jurare,

jurare, & observare renuerit, ejiciatur extra Capitulum, voceque activa, & passiva pro eadem vice careat, sicque lis extincta remaneat.

§. 8. Præterea mandamus, ut hæ provisiones nostræ in quatuor Capitulis Generalibus proximis servari debeant, usque completis perseverent, si dissensiones cessaverint, sin minus ad Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem recursus pro nova provisione fieri debeat.

§. 9. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfata Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Quo circa Venerabili Fratri Episcopo Asturicen., vel eo absente, seu impedito, Venerabili etiam Fratri Episcopo Calaguritano per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios easdem præsentem literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse habentium, seu alicujus eorum fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in eisdem præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat auctoritate nostrâ illos, & eorum quemlibet præsentium literarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittens illos desuper quomodolibet indebitè molestari, perturbari, & inquietari Contradiçores quoslibet, & Rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellacione postpositâ compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus, aggravando; invocato etiam si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 11. Non obstant, quoad ea, quæ præsentibus sunt contraria præfatis utriusque Clementis Prædecessorum literis, aliisque omnibus, & singulis præmissis, & quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsitio, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ, regulis, necnon rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri de unâ, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in Judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Congregationis, & Monasteriorum, ac Ordinis hujusmodi, aliisque quibusvis etiam jramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur

si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die III. Octobris MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

F. Oliverius.

DECLARATIO

XLV.

Nullitatis Precum Primariarum, Sacro Romano Imperio vacante, à Vicariis, seu Provisoribus Imperialibus expeditarum, & quorumcumque provisionum, earundem Precum vigore factarum, seu faciendarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, in præsentem Sac. Romani Imperii Interregno Vicariorum, seu Provisorum Imperialium nuncupatorum nomine, nec non assertorum jurium illis competentium obtentu preces quædam, quas primarias vocant, quamplurimum Collegiatarum, & forsitan etiam Cathedralium, ac Metropolitanarum Ecclesiarum Præfultibus, Capitulis, & Canonicis, aliisque diversorum Beneficiorum Ecclesiasticorum tam Sæcularium, quàm Regularium, in variis ejusdem S. R. I. ac potissimum Germaniæ Inferioris partibus consistentium Collatoribus, seu Collatricibus directæ, pro Canonicatibus, & Præbendis Ecclesiarum hujusmodi, cæterisque Beneficiis præfatis, nonnisi certis personis vigore earundem precum commendatis, per eos, ad quos pertinet, conferendis, concessæ, expeditæ, ac præsentatæ, & forsitan etiam aliqua effectum suum sortitæ fuerint; Explorati verò juris sit nemini fas esse absque hujus Sanctæ Sedis Indulto quempiam ad Canonicatus, & Præbendas, aliaque Beneficia hujusmodi sic commendatis conferenda, compellere: satisque insuper omnibus notum sit quàm apixis dudum, & pluries tam à Nobis sive per diversas Nostras in simili forma Brevis literas, sive aliâs, quàm à Nostris & ejusdem Sedis Nunciis jussu nostro iteratis ordinationibus, & decretis, illasmet similes primarias preces, quæ à cla. mem. Josepho, dum viveret, Romanorum Rege in Imperatorem electo porrectæ, seu expeditæ fuerunt, utpote Apostolicæ auctoritatis munimine destitutas, nullatenus admittendas, sed pœnitus, & omnino rejiciendas, ac repellendas fuisse, & esse mandaverimus, & declaraverimus.

§. 1. Hinc est, quòd Nos, qui jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris à Domino constituti sumus, ac proinde tam gravem Laicalis potestatis abusum dissimulare non possumus, libertatem, Immunitatem, ac Jurisdictionem Ecclesiasticam, quantum Nobis ex alto conceditur, sartam, tectamque, atque illibatam tueri, & conservare cupientes, ac omnium, & singulorum, quæ in præmissis, seu eorum occasione quovis modo acta, & gesta fuerunt, tenores, & datas, ac circumstantias quascumque; Personarum verò, à quibus illa, vel eorum aliquod respectivè emanarunt, qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & exactè specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certâ scientiâ, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine: Omnes, & singulas primarias preces supradictas, prætextu ejusmodi S. R. I. assertorum Vicarialium jurium, pro quorumvis Canonicatum, & Præ-

Procemium, in quo narrat notitiam habuisse precum primariarum vacante Imperio, à Vicariis, seu Provisoribus Imperialibus expeditarum.

Similes preces ab Imperatore Josepho expeditas reject.

Ejusmodi preces nullas declarat, ac ubicumque repelli mandat.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

Nominantur Executores.

Præſcribitur executio omni appellacione poſtpoſita, & publicatio præſentium literarum, & pœnæ contra Rebelles.

Derogatur contrariis, & expreſſè Brevis Clementis IX. & Clementis X.